



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationum// Roberti Bel-//larmini Politiani,// Societatis  
lesv// De Controversiis// Christianae Fidei, Adver-//sus  
huius temporis Haereticos,// Tomus ...**

De Sacramento Evcharistiæ - Sex Libris Explicata

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1589]**

**VD16 B 1603**

XXXv. Testimonia Patrum decimæ ætatis, Stephani Heduensis, & Fulberti Carnotensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54113](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54113)

CAPVT XXXV.

Testimonia Patrum X. ætatis, Stephani Heduen-  
sis, & Fulberti Carnotensis.

**S**TEPHANVS Episcopus Heduenfis, qui floruit circa annum Domini C M L. (vt Ioannes Garetius testatur) sic ait in lib. de Sacramento altaris, cap. 15. (Exstat hic liber tomo 4. Bibliothecæ sanctorum Patrum) Itaq, fides nostra est, & Verè credendum est, quod sacerdote proferete hac Verba, Hoc est corpus meum; iam non est panis terrenus, sed ille panis, qui de celo descendit, mediator Dei, & hominum IESVS CHRISTVS.

FULBERTVS Episcopus Carnotensis vir sanctissimus, & doctissimus floruit ad finem huius decimæ ætatis. Nam Adelmanus Episcopus Brixinensis in epistola ad Berengarium indicat, se & Berengarium discipulos olim in adolescentia fuisse sancti senis B. Fulberti, quem suum Socratem appellat. Si igitur Berengario adolescentulo Fulbertus senex erat, necesse est Fulbertum floruisse ante annum Domini M. Siquidem constat Berengarium circa annum Domini M. XL. cum sua hæresi apparere cœpisse.

Hic igitur sanctissimus vir in epistola ad Adeodatum, quæ excudi solet cum libris Paschasij, sic loquitur: Quia corpus suum, quod semel pro nobis offerebat in precium, paulo post à nostris visibus sublaturus erat in calum; ne sublato corporis fraudaremur presenti munimine, corporis nihilominus, & sanguinis sui pignus salutare nobis reliquit, non inanis mysterij Symbolum, sed compaginante Spiritu sancto corpus Christi verum, quod quotidiana Generatione sub visibilis creatura forma inuisibiliter virtus secreta in sacris solenniis operatur. Et infra: Dubitari nefas est, vt ad cuius nutum cuncta subito ex nihilo substituerunt: si pari potentia in spiritualibus Sacramentis terrena materies panis, & vini naturam, & meritum generis sui transcendens, in Christi substantiam commutetur, cum ipse dicat; Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus.



Rr 2

CAPVT